



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XII. Quod non oporteat Chorepiscopos ordinare clericum, nisi in agris & villis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

XI.

Eos, qui ante baptisma sacrificauerunt idolis, & postea baptisma consecuti sunt, placuit ad ordinem prouehi, eo quod probentur abluti.

XII.

Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare: sed nec presbyteris ciuitatis, sine præcepto Episcopi vel literis, in vnaquaque parochia aliquid imperare, nec sine auctoritate literarum eius, in vnaquaque parochia aliquid agere.

XIII.

Hi qui in clero sunt presbyteri & diaconi, & a carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere, & ita, si voluerint, continere. Quod si in tantum eas abominantur, vt nec olera, quæ cum eis coquantur, existiment comedenda, tamquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

XIV.

De his quæ pertinent ad Ecclesiam, quæcumque, cum non esset Episcopus, presbyteri venderunt, placuit, rescisso contractu, ad iura Ecclesiastica reuocari. In iudicio autem erit Episcopi, si precium debeat recipi, necne: quia plerumque rerum distractarum redditus ampliorem summam pro precio dato reddiderit.

XV.

Quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communionem durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discu-